



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Vita Et Honestate Canonicoꝝ, Et Alioꝝ
Ecclesiasticoꝝ Specvlvm**

Langhe-Cruys, Johan

Duaci, 1587

Ad Lectorem Nicolai Brumellij carmen.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63733](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63733)

Ad Lectorem Nicolai Brumellij
carmen.

Qvicumque aetherei patris, Christi^q, sacerdos
Esse cupis, caeli^q, vias penetrare profundi:
In primis segetem vitiorum funditus omnem
Exstirpa, & mentem castis virtutibus orna.
Casta placent superis, sacris arcendus ab aris:
Ebrius, impostor, fur, luxuriosus, adulter.
Hunc igitur librum Lector pervalue diurna,
Nocturna^q, manu, & memor aurea dicta recode.
Qui mores clerum deceant, quam sancta pudens^q
Vita sacerdotem: qua sint decreta piorum
Pontificum: qua scita Patrum servanda, docebit.
Hoc, tanquam speculo, vitam componere disces:
Et tete prudens saepe explorabis ad unguem.
Sic vulgum indomitum, sic corda asperrima plebis
Erudies, ut dicta tuis sint consona factis.

Eiusdem ad huius libri Auctorem.

Omnia in interitū ruerent voluentibus annis,
Ni clari virtute viri, & praestantibus ausis
Erigerent collapsa prius, rebus^q, caducis
Auxilium ferrent. & tu Max^osaupe, vetusta
Religionis opes reparas, mores^q, resingis
Corruptos, clerum^q, nouo de semine formas,
Floreat ut seclis gens inculcata renatis,
Atque salutifera crucis instaurentur honores,
Digna tuis ergo studiis tibi premia Christus
Reddat, & eximiis immortalem inferat astris.